

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

De geomantia; de arte geomantiae - Cod. Karlsruhe 1769

[S.l.], [um 1600]

Cap. I. [II.]

[urn:nbn:de:bsz:31-250045](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-250045)

DE LINEA VITALI.

C A P. I.

1. Linea vitalis inter indicem & supra tuberculum pollicis quod ipsum circumdat, oritur, ad rascetram usque excurrens, vitæ brevis vel longæ indicium est.

2. Oritur seu imprimitur potius á corde, in omnium animalium generatione primò, in quo omnis vitæ nostræ vis activa consistit: unde præ omnibus longior extensiorque videtur, ob virtutè activam & formativam corporis nostri, videlicet caliditatem cum humiditate temperatam, quæ materiam protendit & dilatat,

3. Longa, continua, profunda & perlucida seu vivo colore tincta, ut est albus & perspicuus, etiam subrubens, ea æqualitatem & temperantiam caloris naturalis, vitam longã, infirmitates paucas & vitæ securitatem cum ingenii præstantia, decernit: idq; fortiùs quo montem pollicis circumdat plùs & perfectiùs,

4. Discontinua autem & in una parte latior aut profundior quã altera, significat iracundiam circa id tempus aut aliam quandam passionem: unde in principio subtilis, animi bonitatem: nimis autem grossa rudè & malevolum notat, propter ipsam super-abundantiam caloris naturalis vehementem: gracilis

B 3 veró

veró & longa, siccitatis & frigiditatis prædominationem ostendit, super calorem naturalem, unde naturæ debilitatem: brevis veró & tumida, humiditatem & frigiditatem cum vitæ brevitate significat.

5. Frigidi igitur & sicci, ex lineæ vitalis subtilitate & tenuitate percipiuntur: & tales sunt infideles & instabiles seu inconstantes: & quia qualitates malę malos inducunt humores, sic malos mores; idem de reliq̄s iudicato.

6. Lineæ venientes á monte pollicis, & vitalē interfecantes, offensionem capitis, & ab extrinseco proveniētia mala certó augurant.

7. Accidentia autē seu morbos ab intrinseco causatos, vitalis fracta & discōtinua inventa significat.

8. Linea recta á vitali per mensalem & naturalem usq̄ ad medium tendens, decollationē vel suspendium minatur ob propria vitia.

9. Incursum in mortis periculum, semper in eo loco ubi vitalis est fracta, invenitur vel in ipso monte pollicis linea vitalē sequens & circumdans: vel inter montem manus, rascettam, ac concavum, linea extensa nō multum ab ipsa vitali aberrans, quæ Saturnina dicitur, evasionem periculi significans.

10. Vitalis brevis & lineolis intercisā, brevitatē vitæ & adversas portendit valetudines, & imbecillitates.

11. Valde grossa & rubicunda, salacem, & in-

inconstantem notat.

12. Bifurcata in angulo supremo, vagabundum & fatuum.

13. Versus naturalem rubra, luxuriosos: perversissimi autem ingenii homines, ibidem tortuosa.

14. Crux in angulo supremo cum lineolis, falacem, pudoris prodigum & extremé impudicum, præsertim in muliere: & crux in fine, mulierem nefariam, scelerosam & extremo supplicio puniendam indicat.

15. Brevis vita & subita mors, per brevitatem vitalis cum parallelis indicatur.

16. Divitias, honores & profectioem, rami versus naturalem ascendentes: versus restrictam veró descendentes, paupertatem & á domesticis servis deceptionem indicant.

17. Puncta sive grana in vitali parva, falacem, impudicum, fornicatorem, contentiosum & discrimen vitæ propter sanguinis effusionem indicant.

18. Circuli in linea, vitæ amissionem & oculorum passiones notant.

19. Crux á linea vitæ tendens ad triangulum, libidinofam & impudicam mulierem: augetur malum, cum lineis supernæ & infernæ associata: tres veró lineæ in fine vitalis versus restrictam, extremo supplicio ob scelus puniendam notant.

20. Vitalis á naturali notabili spatio disjuncta,

nullis lineis interpositis crudelem, avarum & mala morte moriturum significat.

21. Vitalis grossa, bellicosum & sanguinis effusorem indicat.

22. Crux in fine vitalis in quavis parte fit, bonum vitæ finem & statum competentem; in principio verò dignitatis bonorúmque perditionem notat: sub verò vitali apud rascertam dignitatis amissionem & morté violentam minatur.

23. Naturalis á vitali disjuncta, lineis parvis interjacentibus & se interfecantibus, prodigum, stultum & tandem pauperé minatur.

24. Vitalis versus naturalem bifurcata, fidelem, amabilem, sapientem & morigeratum significat: & vulnus á longinquo loco infligendum,

25. Linea grossa unita cum vitali & cū naturali circa angulum supremum, veneficatum, intoxicatum aut incantatum iri, aut ab animali venenoso morderi significat: & linea á vitali descendens ad pollicis montem, vulnus lethale minatur.

26. Stellulæ in principio vitalis versus pollicem, hominem gloriosum & fortunatum pro suo statu & conditione norant: ipsa auté vitalis brevis brevitatem vitæ portendit.

27. Lineæ crispæ & tortuosæ, principium vitalis interfecantes, futuram lepram norant: nam epatis perversum calorem indicant.

28. Cir-

28. Circulus in principio vitalis, periculum mortis veneno aut suffocatione portendit: observetur tempus pro proportione loci.

29. Linea parva & tortuosa in fine vitalis circa rascetam, magnam minatur infirmitatem; in principio verò vitalis versus radicem pollicis, lineæ intersectatæ; casum & præcipitium, & à quadrupede damnum minantur.

30. Bifurcata scindens vitalem, infortunium capitis, & vulnus lethale significat: vitalis verò versus rascetam sic inspecta, miseriam & paupertatem in senectute portendit: vide Schema huic aphorismo congruens.

31. Crux super vitalem & angulum supremum, dignitatem utilem & honores portendit.

32. Crux in medio vitalis versus còcavum, perditionem divitiarum, dignitatis, officii & exilium minatur.

33. Linea à vitali ascendens per naturalem & mensalem usque ad medium, carceres & mortis periculum: duæ verò in fine vitalis ascendentes, bonam famam, probum, religiosum & in patria moriturum significant.

34. Vitalis habens ramos extensos sursum versus naturalem, divitias cum honorificis profectionibus significat: observa tempus pro proportione loci.

B 5

35. Lineæ

35. Linea à vitali circa angulum dextrum ad radicem medii per naturalem exientes, infirmitatem incurabilem.

36. Vitalis ramos extendens versus rascetram, paupertatem & damnum à servis.

37. Puncta in linea vitali, litigiosum, melancholicum, phantasiã & cordis dolores indicant: idq; magis inordinata & non profunda. Circuli in vitali oculorum amissiones: semicirculi verò cordis percussione & afflictiones augurant.

DE MEDIA NATURALI ET
LINEA CAPITIS.

CAP. III.

Sicut à corde vitales Spiritus, sic à cerebro Spiritus animales per totum corpus diffunduntur: & sicut in embryone cor est primū, secundò cerebrū, quod etiã ab ipso corde principium habet: sic etiã eo loco, in quo vitalis oritur, & linea cerebri constituitur &c.

2. Dicitur naturalis quia per hanc potissimum uniuscujusque natura percipitur: Si quidem id naturale rectè dicitur, per quod uniuscujusque natura percipi potest.

3. Linea verò capitis dicitur, quò effectus suos ex capite principaliter evenire demonstrat: capitis enim complexionem ostendit.

4. Requiritur autè in hac linea conjunctio cum vitali sub medio mōtis indicis, & anguli supremi ibidè terminatio, et significat largita-

tem,